Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lateinisch-deutsche Sammelhandschrift des Heinrich Otter - Cod. St. Blasien 77

Schera, Heinrich Otter de

[Italien, Konstanz], [1439-1442]

"Misse ineepeio tres varietates habuit... - Quia per ipsum introitur ad missam, eo quod est prineipium misse. Amen."

urn:nbn:de:bsz:31-51901

Visual Library

Misse inceptio tres varietates habuit / olim enim
a lectione inchoabatur sicut adhuc in sabbato
pasche. Primo Celestinus papa psalmos et introitum
misse cantari constituit / Gregorius vero introitum
misse cantari ordinavit et unum versum de illo psal-
mo qui totus cantabatur / Psalmus enim ante cantabatur
in modum corone circumstantibus concorditer concinebat
et in choros dei flavianus theodorus episcopus alternatim
cantarent instituerunt abiecto hoc hereticus qui super hoc
divinitus edoctus fuit / Ieronimus psalmos
epistolas ewangelia et ex magna parte officia divina
et diurna et nocturna pariter cantari ordinavit
Gelasius Ambrosius et Gregorius orationes et cantus
addiderunt et lectionibus et ewangeliis coaptaverunt
Gradualia tractus et alleluia. Hylarius addidit ad
gloria in excelsis laudamus te etc. et ea que secuntur. No-
therus abbas sancti galli sequentias pro neumis
ipse alleluia pius composuit / Nycolaus papa ad
missam cantari concessit / Petrus apostolus primus in-
stituit ante pascha domini quadragesimale ieiu-
nium et ante natale tres ebdomadas et quatuor
tempora ab omni populo christiano instituit ieiunari
ob recordationem primi et secundi adventus domini nostri
Ihesu Christi. hic petrus primus missam solus p̄re nē dixit
Alexander romanus instituit aquam aspersionis
cum sale benedici et in habitaculis hominum aspergi
hic ob passionem domini addidit in canone Qui
pridie quam pateretur usque hoc est enim corpus
meum. hic etiam statuit ut aqua vino in missa
misceretur ad designandum unionem ecclesie et
Christi et ut oblatio fieret ex azimo et in modica
quantitate / dicens quod oblatio quanto rarior tanto
preciosior / Sixtus natione romanus constituit ut
diceretur Sanctus sanctus sanctus sabaoth in missa et vasa
sacra non tangerentur nisi a ministris hic etiam consti-
tuit ut corporale altaris non fieret de serico
sed de purissimo lino contexto non tincto et ut inter

sacra vasa altaris et pallas non tangeret. Theles-
phorus constituit ut missam ante terciam nullus pre-
sumeret cantare et ympnum angelicum et euangelicum
ante sacrificium diceretur et in natali domini cantarentur tres
missas cum gloria in excelsis Deo. Septem etiam ebdome-
das quadragesimales ieiunare et marie clericis. Felix natione
romanus constituit super memoria martirum mis-
sas celebrare. Damasus natione hyspanus consti-
tuit ut psalmi die noctuque cantarentur et ut cho-
ri in duas partes diuisi psalmos alternatim canta-
rent. hic etiam rogatu Jeronimi statuit ut diceretur
in fine psalmorum Gloria patri et filio et spiritui sancto. Inno-
centius quidem decreuit ad missam pacis osculum
daret. Leo quidem doctor eximius addidit in canone
sanctum sacrificium inmaculatam hostiam. Gelasius
primus fecit oraciones tractus ympnos sicut ambrosius
et prefacionem misse apposuit Vere dignum et iu-
stum est cottidiano usui. Anastasius quidem consti-
tuit ut nullus clericus dum leguntur officium sum-
pta vel odio vel rancore. Felix quartus constituit
ut in fine ante obitum suum in sepeliretur. Vir-
gilius natione romanus ordinauit missam
celebrari in orientali parte. Gregorius quidem natione
romanus addidit in canone Diesque meos in pa-
ce custodias. Sergius quidem constituit ut Agnus
dei ter cantaretur ad missam in confractionis tempore domini
corporis. Celestinus quidem constituit ut Judica me
deus et discerne causam meam ante introitum misse
diceretur et psalmum dauid ante sacrificium psallerent
canendo anthyphonas quod antea non fiebat. Sed epi-
stole pauli tamen dicebantur et euangelium et ex hoc excepti sunt
introitus de psalmis et gradualia et sic offer-
torium ante sacrificium. Iste constituit etiam ut beata
maria theotocos i. mater domini appellaretur. Dicitur
etiam introitus ab introeundo quia per ipsum in-
troitur ad missam eo quod est principium misse
Amen etc.

Finis est